

quando eius sit relatio tantum, quod & probant supra citati Doctores omnes.

Et quod quando mandatum, instrumentum, 26 f sententia & similia inferuntur per Notarium in executorialibus ex Decreto Iudicis à se conscriptis & confectis non per relationem, nec per enuntiationem simplicem; sed de verbo ad verbum transcriptus est totus eorum tenor, si dem faciatur, & probationem legitimam, aliàs comprobantur in tract. de Regia protecc. 4. part. cap. 1. à num. 52. cum multis seqq.

Et licet hæc doctrina illam patiatur limitationem, & quod ad hoc ut exemplum istud registratum in actis probet, quando instrumentum originale fuit presentatum coram Iudice, aduersario citato, & nihil opponente, ita ut partis citatio ad hoc requiratur, vt post Ioann. And. in additionibus, ad Speculator. in tit. de rescriptis. §. 1. vers. Sed obicitur. sequutus ab Alexand. in dict. Auent. si quis, num. 9. & latè Couarr. practica. cap. 21. sub num. 3. & comprobantur Immola, & Felin. in cap. cum in iure peritus, num. 9. column. 5. de officio Delegati. Mascard. de probationib. dist. conclus. 711. num. 72. & iterum in conclus. 919. per totam, vbi plures alios allegat.

Id procedere, dicendum erit ad effectum, vt 28 tali exemplo semper detur fides, & ac perpetua sit eius probatio, tanquam instrumentum originale. provt ipsi Doctores affirmant; secus erit in nostro casu, quando dumtaxat ad hunc effectum citandi, in monitorialibus inseritur tenor supplicationis, vt hoc modo certus de iurisdictione Delegati teneatur citatus comparere, quia sicut commissio principalis inserta in monitorialibus (vt fieri solent) finem faciat, & consistere debeat de iurisdictione Delegati, ad hoc 29 vt citatus teneatur comparere, & vt diximus supra à num. 9. cum sequentibus. vers. Hinc iudici asserenti, &c. cum aliter citatus à Delegato non tenebatur comparere nisi certus de iurisdictione Delegati ex sic inserto tenore, & copia commissionis, & delegationis in monitorialibus, seu citatione, quo legitime certioratus intelligitur, provt stylus vulgarissimus docet, & probant Maranta de ordine iudicio, part. 4. distinct. 3. n. 61. vers. Trigesimo octauo differunt. Missinger. Centur. 3. obser. 1. Aloisius Riccius collect. 532. vers. Inferitur tertio, 4. part. A sinus in praxi Florent. §. 5. cap. 2. num. 3. Decianus tract. criminum, lib. 4. cap. 25. num. 12. Menoch. conf. 790. num. 6. & in tract. de presump. lib. 2. presump. 15. num. 2. Lancelot. de autent. cap. 4. in presump. num. 160. cum seqq. part. 2. Rauden. consil. 13. volum. 1. Camillus Botrellus consil. 88. num. 5. Petrus Barbosa in l. si quis ex aliena. num. 9. ff. de iudiciis. Molina de iustitia & iure, tom. 6. tract. 5. disputat. 25. num. 1. Aloisius Riccius in practica. Auea. resolut. 414.

Qui quidem num. 2. tenet sufficere, quod in 30 monitorialibus, & seu citatione Delegati inseratur tenor delegationis; non tamen esse necessarium transmittere originale commissionem, sequitur Augustinus Barbosa in collectanea ad cap. cum in iure peritus, num. 4. de officio Delegati, vbi post Riccium loco citato num. 3. dicit hoc intelligi quoad effectum comparendi, & non tamen respondendi in negotio principali; nam reo comparente, & petente originale rescriptum, sibi debet exhiberi, antea verò non dicitur contumax, sicuti nec etiam dicitur, & quando non veniat citatus ipse per monitoriales non inserto tenore commissionis. Anna allegat. 147. Riccius dist. collectanea 432. vers. Inferitur secundo. Rota in Rom. seu Lateran. pensionis 24. Aprilis 1619. coram Vbaldo. Achillis decis. 10. de dolo & contumacia. Rota in Tarvacensis Parochialis, 4. Februarij 1604. coram Litta. apud Marquellan. de commission. tom. 1. fol. 465. num. 3. & sequentibus. Ludouic. Post. post tractatum de manutent. decis. 275. num. 9. vbi quod citatio sine insertione commissionis nec ardeat ad comparendum, nec cauetur moram, nec pene incursum; adeò vt hoc casu excommunicatio à Delegato lata, & qui copiam suæ delegationis petenti non dedit, sit nulla. Nauarrus consil. 9. in antiqua citatione, alias §. in vobis, de sententia excommunic. Sayrus in floribus decisionum sub eod. tit. decis. 10. sicuti nec etiam citatio Delegati, & in qua non fuit insertum originale rescriptum suæ iurisdictionis; est potens ad declarandum illum incidisse in censuras, Riccius dist. collectanea 532. in fin. Augustin. Barbof. dist. collectan. num. 5. Anna allegat. 24. idem probat Mascardus de probationib. conclus. 492. num. 7.

Quare cum ad hunc effectum citandi, & comparendi dumtaxat fides fit & danda tenori commissionis, inserto de verbo ad verbum in monitorialibus absque ab eo, quod ad insertionem, & copiam prædictam dicitur pati, vt probant omnes citati Doctores, nam in iis, quæ sunt præambula ad citationem peragendam ad negotium principale; citatio non requiritur. Bald. in l. ea, qua. C. quomodo & quando index. Oldrad. in consil. 120. in fin. Marian. Socinus in tract. de citation. in §. casu Hipp. de Masfil. in l. de vnoquoque, in casu 29. ff. de re iudicata. Baldus in l. sed & si §. liberos, in fin. ff. de in ius vocando, Ioan. Andreas in additionibus ad speculator. in titulo de iure iurando, super rubrica, in fin. Decius in l. venia, in fin. C. de in ius vocando. Aretinus in consil. 117. Romanus in l. quamuis, ff. de in ius vocando. Cotneus in consil. 46. column. 2. Nicellus in concordia, gloss. fallent. 57. plurimos refert Anton. Gabriel practica. conclus. titulo de citationib. conclus. 1. num. 34. & seqq. ita patitur & eodem modo eadem fides danda erit tenori supplicationis subscriptæ manu Sanctissimi in eisdem litteris monitorialibus insertæ de verbo ad verbum, & illis fides integra adhibenda erit in Senatu, etiam non citata parte ad inferiorum hanc, quia cum sit pars commissionis, & ad eundem finem tendat, idem dicendum erit de parte quoad partem, quod de toto quoad totum, iuxta vulgare axioma, l. qua de tota, ff. de rei vindicatione.

Quam veram resolutionem intellige, interrim dum ab aduersario non negetur, etiam si postmodum negatur, cessat fides insertionis huiusmodi, quæ aliter non probat, quam fuerit ipsa commissio originalis exhibita & præsentata, vt superius diximus à num. 31. & seqq. & supra cap. 26. num. 64. 65. num. 80. & à num. 90. itaque post negationem supplicatio ipsa originalis debet exhiberi.

Pro quibus omnibus, & proximè scripta limitatione & rectè etiam viger Doctorem elegans doctrina, quam adducit Sigismundus Scaccia in tractatu, de sentent. & re iudicat. gloss. 4. quest. 6. num. 55. in hæc: nam si Florentinus citatus

32
33
34
35
36
37
38
39

tatus Perusij ratione contractus, vel delicti, neget se illic contraxisse, deliquisse; nihilominus Index Perusinus potest contra eum procedere, quia illa qualitas expressa in libello, seu citatione, quod contraxerit, seu deliquerit in territorio Perusino tribuit iurisdictionem iudici Perusino, & habetur pro vera quantum ad fundandam pro tunc iurisdictionem; sed eam tribuit reuocabilitè, quia si postea non probabitur in processu, Index remittet causam ad competentem, condemnabit actorem in expensis. Bartol. in l. 2. num. 9. vers. quero aliquis, ff. si quis in ius vocatus non ierit, & alij, quos citant Marianus Socinus in cap. si Clericus, §. 5. sub n. 12. in 3. opinio. de foro competenti. Afflicti decis. 297. plures, num. 2. & 3. Tiraquel. de tract. liganier. §. 8. gloss. 5. num. 18. vers. Illud autem, & faciunt, quæ dixi cap. sequent. de appellacionib. quest. 7. limitat. 6. memb. 9. num. 7. & c. Ex qua doctrina sequitur, & quod vt appareat reuocabilitè saltem de iurisdictione Iudicis Delegati; sufficit, quod in monitorialibus sic insertus eius tenor de verbo ad verbum (vt diximus) cum aliter quam per scripturam hæc qualitas non probetur, hoc est, per supplicationem subscriptam manu Sanctissimi, vt diximus latius in §. 2. & §. 3. & sic ad effectum adstringendi citatum ad comparandum sufficit, quod qualitas attribuens iurisdictionem inseratur in monitorialibus, sicut & ipsa commissio principalis.

Tamen contradictione postmodum facta per 38 citatum competentem & debet de ea qualitate doceri, & probari ante omnia, vt hætenus probatum est, atque iterum ipse Scaccia post alios vbi proximè num. 58. in hæc: Quod reo negante qualitate narratam in libello, Index debeat prius capere informationem summariam, dicitur Iaf. in l. pen. cum quedam, §. quoties, sub num. 2. nota. 2. ff. de iurisdic. om. iud. Felinus in dict. cap. si Clericus, sub num. 2. in prima conclus. in fin. de foro competenti. vbi testatur de communi opinione, dicens, quod si reus conueniatur negat qualiter, negotio licet non excludat iurisdictionem; tamen operatur, quod præmitti debeat cognitio summaria de qualitate veritate, imò hoc idem sequutus est sibi contrarius Bartol. in l. prescriptione, sub num. 7. vers. sicut. Quæro quando, ibi. pone Florentinus. C. si contra ius vel utilit. public. dicens, quod vbi reus conueniatur negauerit se contraxisse, vel deliquisse in illo loco, debet ante litem contestatam summarie examinari, vtrum contraxerit vel non in illo territorio, & post litem contestatam, inquit, examinabitur penè; & qui alij tenuerint hoc citantur à Marian. Socin. in dict. cap. si Clericus, sub num. 11. in prima opinio. & à Tiraquel. de retract. liganier. §. 8. gloss. 5. n. 19. vers. Perusinus, &c. Hætenus obseruatio Scaccia, circa qua vide eundem in glossa 7. quest. 3. limitat. 1. num. 20. & optimè in eadem glossa 7. quest. 3. limitat. 4. sub num. 163. ibi: Extende hæc restrictionem, vt licet is, qui conuenitur ratione loci contractus, vt in hac restrictione, vel ratione loci, quo committitur delictum, vt dixi supra limitat. 1. num. 43. vel ratione destinata solutionis, vt & dixi hæc eadem limitatione supra num. 104. & num. 109. & 122. neget se contraxisse, deliquisse aut destinasse solutionem, & ideo apponat declinatoriam fori, & actor seu accusator tunc non doceat de prædictis

qualitatibus, quæ facerent iudicem esse competentem; tamen quoad fundandam iurisdictionem sufficit sola eius assertio in libello, sed postea stante rei negatione, debet præmitti cognitio summaria de veritate prædictarum qualitatum, &c. videndus etiam ipse Scaccia lib. 1. casus. civil. & crimin. cap. 9. num. 97. & cap. 2. num. 466. & circa hunc articulum valde controuersum, quando, & quibus casibus sufficit libellus, quo qualitas (qua iurisdictioni iudicis fundatur) sufficit ad iudicij introductionem, ita vt si postea ab aduersario negetur, debeat de ea constare saltem summarie, videndi sunt plures relati à Castillo de tertio, cap. 12. num. 13. vers. Item, vbi plures, D. Valenciam Velalque 2. consil. 191. per totum, tom. 2. Mascard. de probationibus, conclus. 949. à num. 7. Nos in tractat. de Regia proteccione, 2. part. cap. 10. à num. 68. latius 2. part. cap. 4. à num. 42. cum sequentibus, & latissime per contrarias opiniones, & federe distinctionis reconciliatas, Perita de manu Regia, tom. 2. cap. 27. à princip. & pro distinctione à num. 4. Bobadilla in Politica lib. 3. cap. 8. num. 221. Maldonad. respos. 15. quest. 6. num. 13. & quest. 7. num. 2. Menochius consil. 2. num. 96. Vantus quibus mod. sentent. nul. reuertur, num. 70. Roland. consil. 87. num. 5. lib. 2. Afflicti decis. 293. latè etiam Gratianus decis. 216. per totam, Iacobum Camer. variar. resolut. 2. p. cap. 1. de iurisdictione, à num. 182. cum sequentibus, quos consule pro veritate articuli.

§. V.

Senatus Regis, an potius literalis Tridentini dispositioni (appetenti subscriptionem Sanctissimi in aphimerescriptis primæ instantiæ auocatoriis) inhæreat, an verò sola supplicatione (qua auocatio petitur) sic subscripta iuxta assertas aliquot declarationes Cardinalium contentetur? Et ex quibus earumdem fides vacillet, dubia necnon, & incerta reddatur?

S V M M A R I V M.

Supplicatio subscripta manu Sanctissimi exhibitæ in prima instantia supposita fide, & vera existentia Declarationum Cardinalium, n. 1.
Declarationes Cardinalium asserentes sufficere supplicationem subscriptam, vt auocatio verè probeatur, referuntur, num. 2.
Senatus non admittit commissiones non subscriptas manu Sanctissimi quantumvis de supplicatione subscripta in eo doceatur, n. 3. & seqq.
Declarationibus Cardinalium impressis non authenticis Urbani Octauus fidem abstulit, num. 4.
Declarationibus Cardinalium, quæ authentica non apparent, Doctores passim fidem abnegant, num. 5.
S. Congregationis iudicis Decretum referunt fide exiens Declarationes, de quarum veritate authentico testimonio non constat, num. 6.
Declarationes asserentes quibus dicitur sufficere supplicationem, qua petitur auocatio in prima instantia

stantia subscriptam ex multis supposita ostenduntur, num. 7. & sequentibus.

Declarationes S. Congregationis authentice semper Senatus Regius amplectuntur in casibus occurrentibus, num. 8.

Declarationibus assertis dicitur per subscriptionem apponendam in sola supplicatione satisfieri forma Trident. ut non authenticis Senatus fidem negat, num. 9.

Statutum prohibens exceptionem contra instrumentum authenticum potest opponi ipsum non esse authenticum, n. 10.

Instrumentum informiter, & non solemniter exhibitum nemo credere tenetur, n. 11.

Subscriptionem propria manu Sanctissimi apponendam in ipsis Rescriptis ad partes missis, expressè decrevit Concilium Trident. n. 12.

Inter supplicationem presentatam Papa, & Rescriptum de super confectum missum ad partes magna datur differentia, n. 13.

Rescriptum mittendum ad partes subscribendum esse, non casualiter, sed providè, decrevit Concilium Tridentinum, ut certus sit Ordinarius de avocatione Papa in prima instantia, n. 14.

Ordinarius impune habet de avocatione in prima instantia si legitime sibi de ea non constat, num. 15.

Si per supplicationem subscriptam satisfieret forma Trident. ingens damnum asseritur etiam ipse impetrans cum cogatur de ea docere coram Ordinario, & Senatu, num. 16.

Lex nova quando specialiter providet in vno casu, contrarium videtur velle in aliis omitti, num. 17.

A Concil. Tridentin. quod claris verbis discernit Rescriptum avocatorium subscribendum; non est facile recedendum per declarationes de quarum fide non constat contrarium dicentes, n. 18.

Sancta Congregatio Cardinal. facultatem habet à Papa in declaranda, & interpretanda dubia, & ambigua Concilii Tridentini, n. 19.

Declarandi facultatem qui habet, ea caret in re clara, non dubia, nec ambigua, n. 20.

Declaratio non fit nisi in re dubia, n. 21.

Declaratio non cadit super verbis claris, cum declaratione non egeant, n. 22.

Declaratio, que verbis dispositionis declarata repugnat, in nullo actu admittitur; cum potius peremptio, destructio, & alteratio subiecti dicatur, num. 23.

Per declarationem quando mutatur, aut alteratur subiectum, non declaratio, sed nova dispositio dicitur, num. 24.

Rex Catholicus non patitur, ut in aliquo subvertantur Decreta Concilii Tridentini, n. 25.

Declaratio, ut admittatur debet esse congrua verborum significationi, n. 26.

Declaratio, quod per supplicationem subscriptam satisfiat forma Tridentini, evidenter eiusdem verbis incongruit, num. 27.

Senatus verbis claris Concil. Trident. decernentis subscriptionem apponendam in Rescriptis adhaeret, nec patitur, ut Rescripto avocatorio prima instantia, in quo Rescripto visibiliter non legitur, num. 28.

Motus proprius Gregor. XIII. clarè intellexit Concil. Trident. decernentem formam subscriptionis in Rescriptis ad partes missis apponendam, num. 29.

Per supplicationem subscriptam propria manu San-

ctissimi presentatam in Senatu non enitur, remisso ad Ordinarium in prima instantia, num. 30.

Ad avocationem in prima instantia probandam novam probationis formam induxit Trident. à quo non recedendum, nec alius probandi modus admittendus, num. 31.

Monitoriales ad partes missæ, quibus inseritur Rescriptum avocatorium subscriptum manu Sanctissimi probant subscriptionem ad effectum citandi remissionem Ordinario, n. 32.

N §§. antecedentibus plura non inutilia subtiliter consideravimus, & quibus de supplicatione subscripta propria manu Sanctissimi in Senatu consistere insinuavimus, ut inde citari possit remissio causæ sic avocatae in prima instantia ad Ordinarium, fidem tamen duarum Declarationum Sacrae Congregationis vti authenticarum supponentes, & eandem doctrinæ vestigia imitantes, expressè declarantium satisfactum esse dispositioni, & formæ Concil. Trident. in cap. 20. sef. 24. de reformatione, ex sola supplicatione (qua avocatio petitur in prima instantia) subscripta propria manu Sanctissimi. Quarum altera sic ait: *An causarum avocationes valide sint si Brevia Apostolica, qua transmittuntur manu propria Pontificis subscripta non sint? Congregatio censuit esse valida cum sufficiat ipsæ supplicationes, super quibus Brevia conscribuntur manu Pontificis esse signatas.* Altera vero declaratio ita pariter consonat: *An causarum avocationes commissionisque minus valide, aut contra Decretum Concilii cap. 20. sef. 24. indicari debeant, ex eo quod Brevia Apostolica, qua ad partes transmittuntur manu propria Sanctissimi subscripta non sint, ut vero sufficiat ipsæ supplicationes, & commissiones super quibus Brevia conscribuntur manu Pontificis, & subscriptas esse? Congregatio censuit satisfactum esse Decreto, si ipsa supplicatio, & commissio, super qua Brevia fabricantur, manu Sanctissimi sua subscripta sit.* Itaque sub hoc supposito, quod huiusmodi Declarationes verè, & realiter ab eadem S. Congregatione Cardinalium emanaverint, de quarum fide authenticè doceatur, in dubiumque minimè reuocatur, indefesso pede currunt omnia, quæ in §§. antecedentibus resoluimus citè probationem legitimam supplicationis subscriptæ in Senatu ostendenda.

Sed adhuc agnoscentes huius Supremi Concilii stylium, & praximque vlitatam aduersus Rescripta avocatoria primæ instantiæ (quibus subscriptio propriæ manus Sanctissimi oculatiter non legitur) reclamantem, vltierius in re hæc subsistendum duximus, iudicium nostrum suspendentes, & Senatus motiua enucleantes, tum insequuti voluntatem, & novam dispositionem Sanctissimi D. N. P. Urbani VIII. negantem fidem adhiberi declarationibus S. Congreg. non authenticis. Tum in hærentis litterali sensui Concil. Trident. (cuius est acerrimus protector) cum quo assertas Declarationes manifestè pugnare Senatus ostendit.

Primum igitur eiusdem Senatus motium eò potissimum ostentatur, quod nostris hinc rempotibus publicè fecit Sanctitas Urbani VIII. per vniuersalem Ecclesiam, ne de cætero à quoquam

quam aliqua detur fides in iudicio nec extra iudicium Declarationibus Cardinalium, non tantum manuscriptis, verum & impressis per aliquos Authores fides tantum illis, quæ in authentica forma solito sigillo, & subscriptione Eminentissimi Cardinalis Præfetti S. Congregationis, ac Secretarij eiusdem Congregat. pro tempore existentium munitæ fuerint, quod eadem Sancta Congregatio ex speciali S. D. N. Urbani diuina prouidentia Papæ VIII. iussu mandauit, & præcepit Romæ, die 2. Augusti 1631. eo quod multæ falsè, fictæque S. Congregationi Cardinalium arrogatur, quæ re vera suppositæ sunt apocryphæ, & ab ea non dimanasse eadem in sancta Congregatio insinuat, cuius Breue simili ter publicare fecit Consilium Supremum Sanctæ Inquisitionis de mandato D. N. P. ab eodémque omnes ferè libri impressi harum Declarationum fuerunt reconditi.

Cuius in super Breuis intuitu passim Doctores Declarationibus Cardinalium per alios citatis, & eo quod authenticæ non sunt, fidem abnegant, & carere affirmant ad causarum decisionem, & a questionum resolutiones, vel videre est ex Fagundes de præceptis Ecclesiasticis. tract. 2. lib. 8. cap. 8. num. 38. & 32. Soula in Bulla Cæne cap. 23. disp. 10. conclus. 5. num. 7. Fernandez in Exameron Reclor. Moral. p. 4. § 1. num. 5. Granada in ... 2. D. Thom. controuer. 1. tract. 15. disp. 14. sef. 2. num. 8. & sef. 9. Antonin. Diana resol. moral. 4. p. tract. 4. Miscellan. resol. 23. ad medium, & iterum tom. 1. p. 1. tract. 5. de absol. ab hæresi, resol. 2. vers. Nec valet dicere Pium V. & pluribus alibi.

Aliud etiam circa hoc ortum est Decretum S. Congregationis indicis super prohibitionem librorum, sub die 29. Aprilis 1621. signatum à Domino Cardinali Vbalduino, cuius vitæ de fide, & certitudine quorundam Declarationum assertarum S. Congregationis merito dubitavit Doctissimus Præses Granatensis Domin. Ioannes Baptista Valencuela Velazquez in consil. 34. num. 27. tom. 2. ibi: *Nam vltra quod dictæ Declarationes non sunt certæ, an tales sint Sacra Congregationis, quia sunt in lucem edita sine debita auctoritate, & quod illæ, nec ex sola urbanitate potest fides adhiberi, & super quo nouiter est Decretum latum à Sacra Congregatione super librorum prohibitionem sub die 29. Aprilis 1621. signatum à Domino Cardinali Vbalduino, &c. Igitur dum Senatus, iustè, & legitime dubitat, an verè hæc assertæ Declarationes dimanarint à S. Congregatione Cardinal. cum authenticæ à nemine ostendantur; si licet inheret Tridentin. dispositioni appetentis subscriptionem propriæ manus Sanctissimi in ipsis Rescriptis avocatoriis primæ instantiæ missis ad hæc partes, ita ut nec debeat contentari sola supplicatione subscripta, quantumvis de ea coram eodem Senatu doceatur per impetrantem iuxta assertas Declarationes.*

Semper enim Senatus agnouit auctoritatem magnam S. Congregationis, & eiusque veras, & authenticas Declarationes libenter amplexus est, & iuxta eas discernit assidue in casibus occurrentibus, ac si ab ipso Summo Pontifice dimanassent, & velut si à principio cum ipsis Concil. Trid. Decretis à sancta Synodo simul ortæ fuissent, proxi latius ostendimus supra hæc 2. part. cap. 2. per totum.

Itis tamen assertis Declarationibus non au-

thenticis, & tanquam informiter diuulgatis, fidem negat; & tum ex breue S. D. N. Urbani VIII. tum ex iuris dispositione: etenim licet instrumentum tantam attribuat auctoritatem instrumento publico, & authentico, ut omnem contra illud prohibeat exceptionem, nihilominus potest licetè, liberèque opponi, & quod instrumentum non est authenticum. Decius in cap. ex parte, el. 2. num. 40. de officio Delegat. & in cons. 458. num. 1. Bald. in l. 1. §. parui, num. 3. ff. quod vi, aut clam. vbi dicit, quod hoc casu debet constare instrumentum esse authenticum DD. omnes in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic. Cephal. cons. 627. n. 4. Afflic. decis. 183. n. 1. vbi Visilius in annotat. n. 3. Cretaneta cons. 6. num. 72. Millanen. decis. 8. n. 1. lib. 2. Bald. in c. Pastoral. n. 4. de appellationib. Curtius Iun. in l. iuris gentium, §. quod ferè, ff. de partiu. Lofiedus cons. 6. n. 12. Canens. super Riitib. Mag. Curia 5. Riit. 193. n. 9. & 16. Rebus. super Constit. Gallic. tit. de litteris obligatoris, art. 2. glof. 1. n. 24. & seq. Precia in tract. pradio. p. 5. num. 5. & ex aliis plurimis multis congerens similes doctrinas probat Carol. de Grassis in tract. de exception. except. 2. à princip. & præcipue à num. 4.

Nec enim quis credere tenetur instrumentis informibus non solemniter, & nec authenticè expeditis, siue iudicialibus, siue extrajudicialibus, proxi abundè probauimus supra hæc 2. p. c. 24. & n. 14. cum multis seqq. & à n. 70. vsque ad fin. cap. Igitur istis assertis Declarationibus (sufficere nempe subscriptionem Sanctissimi apponi in supplicatione, qua commissio avocatoria primæ instantiæ postulat abque eo quod in ipsis Rescriptis apponatur accesserit, & nouiter inducentibus) iustè veretur Senatus fidem adhibere, donec authenticæ non apparent iuxta Breue S. D. N. Urbani; ac per consequens Senatus ipse Rescripta huiusmodi ad partes Hispaniæ missa sine subscriptione patente avocatoria primæ instantiæ, eo quod contra expressam S. Conc. Trid. (cuius est omni iure protector Rex noster Catholicus) sunt expedita, retinet, causa remissa Ordinario, cui de iure cognitio pertinet.

Secundum autem Senatus motium pronenit ex litterali sensu, & manifestèque & clara dispositione Concil. Trid. in dict. cap. cause omnes, indubitanter appetentis hanc formam subscriptionis in ipsis Rescriptis, & litteris avocatoriis, quæ ad partes mittuntur, ibi: *Per speciale Rescriptum signaturæ Sanctitatis sua manu propria subscribendum.* Rescriptum subscribendum dixit, non supplicationem, qua avocatio petitur (vbi censere assertæ Declarationes relate) quod multum distat; imò & fini, atque intentioni principali ipsius Concilii dispositionis penitus repugnat, ut statim euidenter apparebit. Quare certior redditur Senatus ad facillius credendum huiusmodi Declarationes apocryphas, & suppositas esse, & falsò attribui S. Congregat. Cardinal.

Mouetur Senatus ex nota differentia inter supplicationem & Rescriptum, & illa informis 13 est quædam scriptura, quæ nec in iudicio, nec extra iudicium fidem facit, nisi dumtaxat in cancellaria ad hoc solum, ut ex eadem conscribantur, & fabricentur Rescripta, & aliæ litteræ Apostolicæ, ex quibus dumtaxat probatio gratiæ oritur, ut latius probauimus supra hoc cap. 30. per totum.

totum, & etiam in omnibus §§. antecedentibus, c. 26. à n. 4. cum segg. Rescripta autem sunt illa littera desuper ex supplicatione confecta, quæ ad partes mittuntur iudicibus nominatis, toto titulo de Rescriptis, & de officio Delegati, cap. mandatum Apostolicum ad se directum, 33. c. litteris Apostolicis ad vos directis, 39. & c. 2. ibi: Quatenus inspectis litteris, quæ Episcopo predicto direximus, de rescriptis. Probant etiam eadem asserite Declarationes adductæ superius num. 2. Quæ etiam mittuntur claustræ, vt post alios Gonzalez in Regul. de alter. Glos. 59. num. 6. c. 5. & 6. & tandem inter supplicationem, & Rescriptum illam et differetia; quæ inter Protocolum, & instrumentum publicum, quorum quodlibet ad diuersa destinatum est à iure, prout latius scripsi hoc c. 30. §. 2. à num. 32. cum segg. & in §. 3. à num. 15. cum segg. quod & cunctis perquam notissimum est, ex quibus aperte colligitur, aliud esse supplicationem, aliud & non idem litteræ, & rescripta, & utrumque & nomine, & effectu diuersum.

Hinc non casualiter, sed prouida attentione 14 Concil. Trid. decreuit, vt subscribendum Rescriptum ipsum, quod mittendum est ad partes, vt certioraret Ordinarius, & ne dubiter de auocatione, sed planè cognoscat voluntatem Sanctissimi, vt absque controversia, & contentione aliqua cedat Delegato, auocationi & commissioni in scriptis instantia. Aliis enim si Rescriptum ipsum subscriptum non sit propria manu Sanctissimi, quomodo sibi constare poterit de legitima auocatione? cū rescriptum subscriptione qualificatum sit à Trident. destinatum ad huiusmodi auocationem probandam, vt statim dicitur, nec à quo fuerit supplicatio subscripta? Cum hæc penes Cancellarium remaneat impetranti non tradenda, atque subscriptiones omnes in litteris de super expeditis penitus confundantur, ita vt ex illis dici non possit, an à Sanctissimo, an ab alio fuerit subscriptio emanata, vt abundè monstratum sup. hoc cap. §. 1. per totum, & maxime à n. 6. & segg. Quo casu impudè et resistere poterit Ordinarius tutus Concilii dispositioni sibi præferant primam instantiam, aliter valdè non auocandam, quàm per speciale rescriptum propria manu Sanctissimo subscribendum, iuxta t dict. cap. causa omnes, iuncto text. in cap. cum in iure 3. de officio Delegati. in illis verbis: Ac tibi super mandato Apostolico basitanti ab aliquo non sit facta fides, an mandatum huiusmodi exequi tenearis, super quo tibi huiusmodi damus responsam, quod nisi de mandato Apostolico certum ex litteris, exequi non cogaris, quod mandatur, &c. Certus dici non potest Ordinarius de auocatione suæ primæ instantiæ per rescriptum non subscriptum sibi ostensum, cui forma probandi auocationem omnino deficit, vt latissimè diximus hac 2. p. c. 6. à n. 14. usque ad finem, & in §. unico, à n. 25. cum multis segg. & à n. 18. quibus locis reperies, Rescriptum subscriptum propria manu Sanctissimi pro forma destinatum esse à Concilio Trident. ad probationem auocationis primæ instantiæ, ita vt alius omnis modus id probandi sit penitus exclusus. Nec quis tenetur credere rescriptis non solemniter expeditis, prout remissimè abundè diximus, sup. n. 10.

Deinde quia & impetranti ipsi valdè damno- 16 sa foret resolutio asseratarum t declarationum, cum ex nouis litibus, immoderatis expensis, &

incerto sine inuolui cogatur. Quippè ingenti labore, & summa difficultate premittit impetrans, non què inde onere Romam redire præcisè grauetur, cum tam coram Ordinario, quàm coram Senatu teneatur de supplicatione subscripta docere, quam tamen ostendere, & exhibere valdè difficillimum sibi erit, eo quod semper conseruetur in Cancellaria, & impetranti minime tradatur: Prout latius considerauimus hoc c. 30. & in duobus §§. proximè antecedentibus. Indeque impetrans ad quid ferè impossibile grauarietur, atque consilio maxima ex sui præclusa probandi facultate (quam angustissimam nulli iuris ratio permittit) exorietur.

Quæ omnia inconuenientia, & intolerabilia damna præ oculis habens Concilium Tridentinum prouidè illis occurrere, t diserte, & discretiue, disponens quod subscriptio propriæ manus sanctissimi in rescripto ipso apponatur, vt cuncta cessent, securæque & sine fraudibus negotia curantur.

Et nihil dixit de supplicatione subscribenda, quam si sufficere Sancta Synodus putaret, & de eadem intelligere uoluisset, facile sibi foret apponere iuxta iura uulgaria, per Nos adducta in tractat. de Regia protectione. 1. p. c. 1. n. 229. Imò illam consultò omisit, & negligens non obscure suadent qualitas rei, natura negotij, & subiecta materia. Cùm ex sola supplicatione subscripta non satis fieri principali suæ intentioni, & sanctissimo fini, clarè agnouerit, si que specialiter, nouiter, & prudentialiter de rescripto subscribendo duntaxat disposuit, certò sciens aliter suam intentionem effectum consequi non ualere. Quam idcirco peruertere, & à rescripto subplantare, omnino incongruit, nec rationis diuersitas admittit. Etenim quando lex noua specialiter prouidet in nouo casu; contentium uideatur uelle in aliis omnibus, sicuti copiosè probauimus hac 2. p. cap. 10. à num. 42. cum segg. maxime ubi deficit rationis identitas, & actuum seu casuum similitudo, ex uulgaribus doctrinis.

Vndè cū tam claris perspicuis, & indubitabilibus uerbis constet t de dispositione Concilij Trident. desiderante formam subscriptionis propriæ manus Sanctissimi in ipsiusmet rescriptis apponendæ, ut omnis cesset consilio, difficultas, & inconueniens, & vt fraudes euitentur (prout sup. cap. 3. à num. 13. & segg. latius diximus) non cogimur credere eam esse reuocatum per asseritas declarationes, quæ authenticæ non ostendantur, uti in similibus omnino terminis dicit post alios Granado 2. 1. D. Thom. controuer. 1. tract. 15. disp. 14. sect. 2. num. 8. & sequentibus, circa facultatem à Concilio Tridentino Episcopis concessam absoluedi ab hæretico Episcopo, non præsumatur sublata per quosdam asseritas declarationes Cardinalium, quæ authenticæ non docentur, sequitur Anton. Diana 4. p. tractat. 4. Miscellan. resolution. 239. qui in uers. Ad secundum, ita ait: Ad secundum respondetur, nullibi asseriti à predictis Auctoribus testimonium authenticum talis reuocationis, aut declarationis, & cum aliunde tam perspicue constat de facultate Tridentin. non cogimur credere eam esse reuocatum, &c. Et hæc omnia ad uerbum docet Granado, &c.

Ex quo merito augetur Senatus nostri probabili incredulitas circa t fidem harum declaratarum asseratarum, quoniam cum uerba Concilij

cilij clara sint, quæ nullam admittunt ambiguitatem, nec contouersiam, non esse credibile, asserit, Sanctam Congregationem (quæ solum ad tollenda, & declaranda dubia eiusdem Concilij facultatem habet à Summo Pontifice, prout latius diximus sup. hac 2. p. cap. 1. à princip.) talem declarationem fecisse, nec ab ea dimanasse, tùm quia habens facultatem ad declarandum, & interpretandum; ea caret penitus, ubi uerba sunt clara, non ambigua, nec dubia, Titraquel in l. si unquam, uerbo, Liberis, t num. 12. & segg. C. de reuocand. dona. Ruinus conf. 97. numer. 1. lib. 5. Aldobrandinus in conf. 27. num. 37. cum tribus segg. ubi quod declaratio, & interpretatio locum habent quando uerba ambigua sunt, & posunt in alterutram partem, & sensum trahi, secus quando clara sunt, Marcobrunus conf. 37. num. 138. & num. 177. Camill. Gallinus, de uerbor. signifi. lib. 10. cap. ult. num. 25. Hieronym. Gabriel, in conf. 95. num. 12. lib. 1. Hond. deus conf. 78. num. 48. lib. 1. Ioann. Garcia de nobilitate in prefatio. num. 27. & 28. Surdus in conf. 281. num. 30. lib. 2. & in conf. 339. n. 11. lib. 3. Vbi quod declaratio non fit nisi de re dubia; t idem Surdus conf. 192. num. 3. lib. 2. & in tribus segg. lib. 3. Vbi quod declaratio non cadit super uerbis claris, quia non indigent declaratione, t Bocius in conf. 3. num. 44. & segg. Casanate conf. 17. num. 26. Vbi quod declaratio non cadit super certo, sed super dubio, saltem ubi est dubietas inter sensum proprium, & improprium. Et idem Casanate in conf. 50. num. 23. & in conf. 53. num. 56. Vbi quod declaratio refertur ad dubia, non ad clara, late etiam Cardin. Tuschum tom. 2. littera D. conclus. 88. per totam, plenè per Castellum controuersiar. tom. 6. cap. 18. 1. à num. 23. cum sequentibus, & à principio. Igitur cum uerba, Concilij Trident. in dicto capitul. causa omnes, nullam patiantur dubietatem, consensionem, nec ambiguitatem, cum clarè, & aperitissimè disponat de subscriptione apponenda in rescriptis auocatoriis, quæ sunt litteræ illæ, quæ mittuntur ad Delegatos; sequitur uehementissima quædam iuris præsumptio, incredibile valdè esse, predictas declarationes à S. Congregatione emanasse, maxime cum ad aliud penitus diuersum à uerbis Concilij suadere intendant.

Tùm etiam eo mouetur Senatus, quod huiusmodi declaratio uerbis Concilij (quæ sunt suæ intentionis t signa, & uera testimonia) expressè repugnat, quæ in nullo actu uel materia admittitur. Quia tunc magis dicitur destrueri, perimere, mutare, seu alterare principalem dispositionem, quod quidem nullo modo cadit in habente facultatem declarandi duntaxat, & interpretandi dispositionem aliquam, Menochius conf. 110. num. 59. 60. & 61. lib. 2. & latius conf. 160. num. 48. & 49. Mandell. de Alua conf. 602. num. 9. cum sequentibus. Surdus conf. 380. num. 9. lib. 3. Decianus conf. 84. numer. 50. lib. 1. Hondedeus conf. 8. num. 7. lib. 1. Peregrin. de fideicommiss. artic. 14. num. 21. Casanate conf. 51. num. 4. Marius Giurba ad consuetu. status Mesanen. cap. 1. glossa 1. part. 1. numer. 4. fol. 82. post Tarami. Rebus. Biniom, Menoch. Mascard. Sesse, & alios plures ab eo citatos. Sic sanè t ubi alteratur, seu mutatur subiectum, non declaratio, sed noua, & diuersa dispositio dicitur sicuti Menoch. scripsit

in dict. conf. 160. num. 48. & 49. Biniom in conf. 235. num. 28. Mascard. tom. 1. conclusum. 124. num. 32. & 14. Hondedeus conf. 9. num. 6. & in conf. 51. num. 72. uol. 2. Mantica de conceit. vicimar. uoluntar. lib. 3. tit. 1. num. 14. & lib. 12. tit. 16. numer. 8. & cum aliis multis, Giurba ubi proximè, num. 17. Vbi quod non declarat qui alterat subiectum, sed nouum ius constituit, sicuti tenent permulti ibidem commemorati; quod quidem S. Congregationis facultas non admittit, nec R. x. noster Catholicus patitur, t vt in aliquo subuertantur Concil. Tridentine. decreta, & dispositiones, sed vt semper illæ in uiridi sint obseruantia; vt sæpè diximus.

Tùm etiam, quia declaratio interpretatina, vt admittatur, debet esse congrua, & tunc talis dicitur, t quando uerba dispositionis declarata eam patiuntur, & eis conuenit secundum propriam significationem, vt post innumeratos Doctores diximus in tractatu de Regia protectione 4. p. cap. 12. à num. 35. cum segg. plurima conducibilia uidentur ibidem à num. 20. cum segg. quibus adde Tuschum littera D. conclus. 9. à num. 19. cum segg. Anton. Sola, ad Decreta Sabaud. tit. de clausul. mandati. Princip. gloss. 1. num. 10. Giurba ad consuet. statut. Messanen. capitul. 2. glossa 1. part. 1. men. 18. & 19. fol. 189. qui plures alios laudat, & Castiljo controuersiarum tom. 6. cap. 182. à num. 13. & sequentibus. Quam incongrua sit hæc declaratio, & interpretatio uerbis Concilij, t ad oculum patet ex hucusque dictis, cum istud de subscriptione apponenda in rescripto disponat. Declaratio autem in supplicatione, quæ rescriptum petitur (& sic in alia re omnino diuersa) sufficere asserit, quæ nullatenus adaptari potest subiectæ materiæ, fini, & intentioni eiusdem Concilij, cum illud sic induxerit vt Ordinarius cognoscat, quando cedere debeat commissioni auocatoriæ in prima instantia, quod quidem per supplicationem subscriptam quæ Ordinario nec ostenditur, ac nec uix ostendi potest (cum parti denegetur impetranti, & in Cancellaria ubi Breuius conscribitur ex ea coasstructur) nullatenus sibi constare potest, nec cessant inconuenientia considerata à Tridentin. Imò ex ea maiora alia nouiter insurgunt, eò quod inter colligentes grandis siturgium occasio, & nouarum experientiarum, & damnorum seminarium omni iure præcauendum.

Quapropter cùm Senatus t aperitissimam 18 habeat, claram & indubitatam dispositionem Concil. Tridentin. decernentem subscribendum esse rescriptum auocatoriis primæ instantiæ; nullatenus permittit hanc formam uolari, detrahi, nec mutari, uti acerrimus eiusdem protector, sicque rescripta auocatoriæ in prima instantia, in quibus uisibiliter non legitur subscriptio Sanctissimi; illis ubi impetrantem non patitur, sed causam remittit Ordinario, cui de iure competit. Considerat enim Senatus ipse ex supra dictis, quod si aliqua declarationes suspicæ, & suppositæ præsumi possunt (ut, in suo Breui insinuat Summus Pontifex Vibanus VIII. de quo superius à numer. 4.) nullæ tam incredibiles, & suspicæ possunt in uentri quam istæ, quæ totaliter perimunt Concilij claram dispositionem, & uerba eius subuertunt, ac directè fini, & intentioni eiusdem dem

dem repugnant, quibus atque natura ipsa declarandi, & interpretandi facultas efficaciter resistunt, ut ex considerationibus, & motibus eiusdem Supremi Consilij Regij hæcenus ostendimus, quarum qualibet efficacem, & nimis sufficientem præstat præsumptionem ad redarguendum dictas declarationes, & apocryphas, atque suppositas indicandum.

²⁹ Quæ omnia veteris fulciuntur ex Motu proprio Gregorij XIII. quem ad litteram addaximus supra hac 2. part. cap. 6. §. unico à principio, qui apertissime ostendit sensum litteralem Concilij Tridentini in dict. cap. cause omnes; disponentis subscriptionem propriæ manus Sanctissimi esse iuxta illud apponendam in ipso rescripto, & litteris auocatoris primæ instantiæ, & litteris auocatoris primæ instantiæ, quæ mittuntur ad partes Iudicibus Delegatis, ibi: Exequi per diversas in forma Brevis, & sub annulo Piscatoris confectas litteras mandet, &c. Nulla & inualida, nulliusque roboris, vel momenti esse, nec attendi debere contentum sub prætextu quod in Decreto Concilij Tridentini, sess. 24. cap. 20. dispositum fuerit, quod cause omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet, &c. Vel quas ex urgenti rationabilique causa iudicaverit Summus Romanus Pontifex per speciale rescriptum signatura, sua eius manu propria subscribenda, &c. Litteræ quoque in forma Brevis annulo Piscatoris munitæ non minoris sint efficacitæ quam rescripta signatura Rom. Pontif. eius manu propria subscripta, &c. Quæ verba clarè indicant verum, & litteralem sensum Concilij Tridentini, non supplicationem, sed litteras, Brevia, & rescripta ex ea confecta esse subscribenda.

Ex hac igitur Senatus firma praxi, & fundamentali resolutione inferitur primò ad ea quæ in §. 1. & 3. hoc cap. 30. resoluimus circa modum probandi in Senatu subscriptionem Sanctissimi, siue per ipsam supplicationem originalem, siue per eius exemplum, alias legitime, & authenticè desumptam, pro nunc essent, cum non sufficiat ipsa supplicatio subscripta, nec eam admittat Senatus hic Supremus, donec per verum & authenticum testimonium sibi non constitit præfatas declarationes emanasse à S. Congregatione Cardinalium, sub quarum authenticæ fidei suppositione verà existentia illa omnia disputauimus, & resoluimus quæ per se esse cessabunt dum suppositæ & apocryphæ timentur, quia infecta primitiua infecta censentur derivatiua, & sic omnino inhe-
³⁰ rendum litterali sensui Trident. quæ pro forma nouam induxit probationem & subscriptionis per ipsa rescripta, ita vt aliis omnis probationis modus sit penitus exclusus, prout abundè scripsimus sup. cap. 6. à num. 15. cum seqq. & per totum caput hac 1. p.

Inferitur secundùm ad ea, quæ diximus in §. 4. hoc eodem cap. 30. Quòd si in monitorialibus ad partes & missis inferatur rescriptum auocatorij primæ instantiæ subscriptum propriæ manus Sanctissimi omnino, in Senatu illis fides danda, & penitus neganda causæ remissio ad Ordinariū, cum legitime probata dicatur ad hunc effectum subscriptio ipsa propriæ manus Sanctissimi. Sicque quæ ibidem resoluimus de supplicatione subscripta inserta de verbo ad verbum, quæ pro nunc ex suprascriptis cessant, intelligendum de rescripto ipso subscripto, sic

inserto de verbo ad verbum in monitorialibus, nempe, vt fidem faciant in Senatu ad remissionem impediendam Ordinario.

CAPVT XXXI.

Inhibitiones Rotaes, an, & quibus casibus siue in prima, aliusve instantiis Tridentini decreta dicantur offendere, vt in Senatu litteræ retineantur.

SUMMARIVM.

Inhibitiones Rotaes ob falsitatem narratam per impetrantes commissionem in gentia offerre danna Reipublica, quotidie experitur, n. 1.
Inhibitiones in prima instantia ita saluatur Concilium Tridentinum, sicut & auocationes ex identitate rationis, n. 2.
Interlocutoria, à quibus in prima instantia licet appellare, quales sint iuxta Concilium, num. 3. remissive.
Processus ab alio, quam Ordinario gestus in prima instantia, nullus est ex defectu iurisdictionis, num. 4.
Item inhibito per necessariam consequentiam, ibidem.
Inhibito in qualibet instantia expedita omni forma iuris, est nulla, & non ardeat, n. 5.
Inhibitionis ante expeditionem citatio partis requiritur, num. 6.
Inhibito, vt expeditur in via executionis, & aliis causis in appellabilibus, speciales cognitio requiritur, an appellatio sit admittenda, n. 7.
Inhibitionibus expediendis iuris forma fuit expressè renouata à Concilio Tridentino, n. 8. & 9.
Inhibitionis expedita contra formam Concilij retentio datur in Senatu, n. 10.
Causa defectio refertur, quo Senatus decreuit inhibitionem peccantem in forma Tridentini & imitatam, & ad Romam delatam esse irubendam originalem intra terminum sub poena, n. 11.
Stylus Rote induxit, eius inhibitiones etiam minus Canonice expeditas causare attentata, n. 12.
Stylus contra formam inhibitionibus datam introductus expressè reprobat à Tridentino, n. 13.
Formam inhibitionibus datam esse obseruandam in appellationibus ad Sedem Apostolicam emissis decreuit S. Congregat. n. 14.
Stylus Rote non obseruatur extra eam in partibus, num. 15.
Stylus Rote contra Tridentini clarum decretum Senatus non patitur, n. 16.
Inhibito Rotalis in causa matrimoniali contra pauperem, aut aliam miserabilem personam in qualibet instantia retinetur à Senatu, ne illa extra prouinciam cogatur litigare iuxta Trident. num. 17.
In Trident. loquente tantum de paupere comprehensa intelligitur quatuor miserabilis persona ex identitate rationis, n. 18.
Ratio subintellecta habetur pro expressa in dispositione, quando una tantum reddi potest, que omnes effectus operatur, ac si exprimeretur, num. 19.
Pauper & miserabilis persona sunt casus à iure aqu

equiparati, ne iniuri extrahantur à prouincia, num. 20.
Miserabilium personarum appellatione veniunt pupillus, vidua, senes decrepiti, n. 21.
Miserabilis persona sicut potest declinare proprium forum, & adire Principem, ita è conuerso, n. 22.
Miserabilis persona non possunt per rescriptum Principis extrahi à suo domicilio, nisi in eo fiat expressio mentio miserationis, n. 13.
Duo casus quando sunt equiparati à iure, nouiter dispositum in uno, idem in alio censetur dispositum, n. 24.
Equiparatorum eadem est dispositio, & iudicium num. 25.
Etiã in odiis, ibid.
Concilium Tridentinum fauens pauperi, ne in causa matrimoniali in qualibet instantia extrahatur à prouincia comprehendit quolibet miserabilem personam ex identitate rationis, n. 26.
Casus, quos iure rationis identitas, non sunt quoad iuris dispositionem separandi, n. 27.
Plures casus quando habent eandem rationem licet de uno duntaxat fiat mentio in dispositione, videtur fieri exemplariter, non restrictiue, num. 28.
Exceptio à regula extenditur ad casus eandem rationem habentes, n. 29.
Tridentinum non excipit pauperem taxatinè, sine restrictiue, n. 30.
Concilium Trident. fauens miserie vniu. non est credibile despicere miseriam aliorum pariter privilegiorum, n. 31.
Causa miserationis pauperis est accidentalis, minoris vero naturalis, n. 32.
Pauper in causa matrimoniali potest extrahi à prouincia sibi subministrato sumptibus ab aduersario, n. 33.
In minore orbatò etiam diuie semper durat causa miserationis, n. 34.
In l. unico, C. quando Imperator. etiam loquente tantum de pupillo & vidua, quolibet miserabilis persona inclusa intelligitur ex identitate rationis, n. 35.
In Trident. tantum loquente de paupere includitur quolibet miserabilis persona, n. 36.
Concilium Trident. non sustulit casus quibus de iure specialis & communis recedere licet ab Ordinario in prima instantia, n. 37.
Pupillus Clericus habet ius declinandi forum sui Ordinarij in prima instantia, & Curiam Apostolicam adire, sicuti de iure communi eidem licebat, ibid.
Concilium referens tres casus adquirendi ius patronatus non sustulit alios, ex quibus de iure communi acquiri permittitur, n. 38.
Inhibito in qualibet instantia expedita à Rota in causa matrimoniali, vt minor Orbatu ibidem litiget, retinetur à Senatu, vt impugnans Concilium Trident. n. 39.
Qui ex privilegio iuris non extrahitur à prouincia, si de facto opprimatur, defenditur à Rege, n. 40.
Duo Senatus decreta referuntur, quibus dixit, vniu non fecisse Iudicem nolente deferre appellationi ad Curiam Romanam in causa matrimoniali contra quandam puellam minorem orbatam, n. 41.
Inhibitiones Rotaes directè impugnantes Regio recusari, & Senatus decreuit alias incommutabilibus, vt detrahentes Regalia, & auctoritati Regis retinentur, n. 42. & seqq.

Retentionis potior causa legitima iudicatur detractio, & diminutio auctoritatis, Maioritiæ, & Regaliæ Regis, n. 43.
Retentione omissa in prædicto casu; decreta Senatus manerent illibata, & oppressus sub fide publica deceptus, n. 44.
Victor potest appellare ab omissione condemnationis expensarum, si prauenerit vitium in appellando, n. 45.
Appellatio ab omissione expensarum anterior deuoluit totam causam, n. 46.
Articuli dicuntur connexti, si lata sententia in vno partu rem iudicatam in alio, n. 47.
Ei sufficit, vt vnus ab alio dependat, ibid.
Et appellationibus ab vtraque parte, vna ad Papam, alia ad inferiorem, regulariter illa ad Papam proualet, n. 48.
Fallit in causa matrimoniali contra miserabilem personam, qua à sua prouincia in neutra instantia extrahitur iniuria, n. 49.
Appellari ad Papam prorogari iurisdictionem inferiori ad quem aduersarius appellauerat, renuntiare videtur deuolutioni sue appellationis ad Papam, n. 50. & seqq.
Inferiori, ad quem vnus appellauit, & alter ad Papam, acquiritur iurisdictione, etiam si tamen ope exceptionis, n. 51.
Quæ prorogari rectè potest, n. 52.
Per comparitionem appellantis coram inferiore sine protestatione renuntiat appellationi, numer. 53.
Concurrentibus duabus appellationibus ad Papam, & ad inferiorem, si coram vno compareat, renuntiare videtur sua appellationi ad Papam, num. 54.
Comparens coram alio iudice pratendente iurisdictionem videtur renuntiare commissioni à se impetrata ante eius presentationem & exercitium, num. 55.
Appellans comparens coram alio iudice non potest impetrare postea commissionem super appellatione iam resoluta, n. 56.
Inhibito expedita vigore commissionis super appellatione, qua non stat, corruis defectu iurisdictionis, n. 57.
Commissio super non ente nullam tribuit iurisdictionem, n. 58.
Sublato fundamento principali, resoluitur tacitè inhibito Rotalis, n. 59.
Surreptio de per se sola non sufficit ad retentionem litterarum imparianda, nisi alia causa publica concurrat, n. 60.
Commissio auocatoria ad Curiam contra miserabilem personam, est surreptitia non facta specifica relatione miserationis, n. 61.
Inhibito Rotalis expedita super appellatione à re iudicata, aut tribus conformibus retinetur in Senatu, n. 62.
Rescriptum impetrans in causa iam decisa repellitur a limine iudicij, n. 63.
Et à iure reprobatum super tertia appellatione, numer. 64.
Rescriptum contra rem iudicatam tanquam iniuriæ, & iniustum non debet admitti, n. 65.
Rescriptum super tertia appellatione nec tenet, nec à Principe potest concedi de Ordinaria potestate, num. 66.
Nisi per speciale privilegium tertiam appellationem concedat Princeps de plenitudine potestatis, num. 67.